

glectum, et male affectum ab his, quorum lingua sacrilega peccat, dixerit: *Oleum effusum nomen tuum*. Oleum enim effusum parvi facinus, et tamquam inutile contemnimus. Idque meditatus Bernardus merito dixit: *Quid mirum si sponsi neglectum, et contemptum est nomen, si ipse quoque contemni voluit. formam servi accipiens? Tacitus praeterire non possum, quamvis obiter, Gregorii Nazianzeni verba notata digna: Ira, et moerore impleor, cum cornu Iesum hoc de causa contemni, ob quam eum maxime honorare aequum erat. Alii nostrae aetatis auctores doctrina graves interpretantur, Oleum effusum nomen tuum, de benignitate, et suavitate morum Christi, non dissimilium oleo, molliori, suaviter, et absque aliquo strepitu fluenti: qua metaphora usus est Plato, ubi laudans cuiusdam viri suavissimos mores, inquit: *Oleum fucum mollior, suaviorque*. Potest et haec expositio fulcri verbis Isaiae, qui significatur suavitate Christi, ut advertit Incongnitus, vocat eum filium olei, his verbis (Isai. 5): *Vinea facta est dilecto meo, in cornu filii olei*. Consonat cum hac sententia Thargum: nam ubi nostra vulgata apud Isaiaem vertit: *Computrescet iugum a facie olei*, legit Thargum: *Computrescet iugum a facie Christi*: quod vidimus completum in eius circumcissione, siquidem Christi circumcisio duritiam, et asperitatem iugi veteris legis emolliuit, de quo dixit Petrus (Act. 15): *Nec nos, nec patres nostri portare poterunt*. Implemque pariter fuit per Christum, quod de ipso dictum fuerat a propheta Osea (c. 11): *Ego quasi exaltans iugum, id est, ego amovebo tam grave iugum, et aliud imponam suave, atque mile, de quo ipse dixerat (Matth. 11): iugum meum suave est, et onus meum leve*. Id autem a Deo praestitum, nemo est qui ambigat, cum in lege veteri esset ingens numerus praeceptorum, nunc autem decem tantum, quae ad duo reducuntur. Nec tunc sacramenta gratiam, ut nunc ex opere operato largiebantur: nam sacramentum Eucharistiae non erat aliud, quam figura per manna expressa; nunc verum sacramentum est, Christi corpus, et sanguinem vere continens. Tunc dum sacrificia Deo immolabantur, omnia plena veribus, mortuariis, fumo, et animalium cruore, nunc autem aqua, oleo, balsamo, verbis, carne, et sanguine Dei, omnia perfundunt: quae non aliunde, quam a mississimo Christi ingenio, et visceribus eius oleo mollioribus, et suavioribus manarunt.*

Interpres alii consideratis olei tribus proprietatibus, quas recensuit Bernardus, dicens: *Luceat, nutriat, et sanat*, inquit, voluisse Sponsam significare, nomen Iesu triplici praestare excellentia, lucis, alimentis, et sanitatis. Est enim sanctum nomen Iesu unica, et splendidissima nostrae animae lux, ob idque variis undequaque radiis cinctum figuratur; unde Paulus non aliam quam Iesu scientia illuminari volebat (1. Corinth. 2): *Non iudicari me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum*. Atque huius occasionem inquirere placet, cur nomen Iesu depingi solet intra circulum radiis circumfusum, in cuius vertice crux, vel Christi imago cruci affixa cernitur? Respondeo cir-

cularem figuram semper fuisse symbolum puritatis, ut ait Virgilius in Epigrammate de viro bono. Causa vero est, quoniam circulus caret angulis, quibus sordes adhaerescere, et abscondi possint: estque pariter hieroglyphicum aeternitatis, ut notat Plerius Valerianus, quoniam circulus nec principium, nec finem habet. Ut ergo significaret Ecclesia aeternitatem Christi, qualenus Deus est, qui principio caret, et sine, utque nolaret pariter humanitatis eius sanctitatem, Iesu nomen depixit intra circulum, ut per illum, tamquam utriusque rei symbolum aeternitatis Dei, et sanctitatis hominis significaretur. Quod autem multis circumdetur radiis, non caret mysterio: nam praeterquam quod ita radiis ornatum speciem praesefert diadematis, vel coronae, qua hoc sacrum nomen decoratur, reducit etiam in memoriam coronam illam spinarum, quibus Christus, sicut olim a Moysse visus fuit, adhaerebat. Praeterea declarat hi radii, quibus ambit nomen Iesu, ab eius claritate, et fulgore hominis tenebras fuisse depulsas, quae totum terrarum orbem occupaverant; quod sancta mater Ecclesia in Dominica prima Adventus ita canit: *Ecce nomen Domini venit de longinquo, et claritas eius replet orbem terrarum*. Insuper etiam circumfusus ille radiorum fulgor eum, qui illo nomine vocatur, esse Patris aeterni splendorem, dicitur Paulo (Hebr. 1): *Qui cum sit splendor gloriae: lux quoque de se attente: Ego sum lux mundi*. Praeterea radiis ornatum pingitur sursum et deorsum, dextrorsum, et sinistrorsum, quoniam supero splendore radiorum, et lumine suae divinitatis beatos illuminat, imis radiis infernum inhabitantes flammis exustos obscurat; radiis a dextra erumpentibus iustorum intellectus illustrat: sinistris denique peccatoribus lumen praebet, ne viam salutis amittant, sed tamquam sidus splendidissimum Iesu nomen respicientes, ab illo in salutis portum deducantur. Titulus autem, vel crux, quae huic nomini imponitur, indicat amorem Christi adeo ingrum, et tantum cum excessu charitatis fuisse, ut quamvis summae admirationis, et charitatis extiterit, Deum pro hominibus morti id tamen totum esse instar puncti, et brevis tituli, si cum his, quae nomen Iesu continet, et cum summo amore, quo nos prosecutus est, conferatur. Est etiam praeter haec nomen Iesu gibus mentis dulcissimus, ac propterea in Canticis de illo dixit Bernardus: *Mel est in ore, in aure melos, in corde iubilus*. Est quoque fons nostrae salutis, imme et ipsa salus, et ita cernimus, cum a Petro claudas ille peteret elemosynam, respondisse (Act. 3): *Argentum, et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do in nomine Iesu Christi Nazareni surge, et ambula*. Vix haec protulerat Apostolus, cum subito pauper ille convalescit, ut ibi legitur: *Consolidatae sunt bases eius*. Refertur Galatinus (lib. 8. descor. cap. 5), et Iacobus a Valenti (in Psal. 8. et 117), opinionem fuisse inter Hebraeorum magistros valde receptam, tantam esse virtutem, et potestatem nominis ineffabilis Dei, ut qui profertat illud Hebraice, iuxta eius linguae proprietates, grandia posset facere prodigia, ei

miracula edere, adeo ut sanaret aegrotos, et mortuos excitaret. Nec desunt Hebraeorum aliqui, putantes signa, quae Moyses in Aegypto fecit, ab hoc nomine habuisse virtutem. Cuius rei ergo quaerens fundamentum, reperi apud Abulensem interpretantem verba illa: *Moyses portans virgam Dei in manu sua, ideo vocari virgam Dei*. Quoniam litteras nominis Dei circumscriptas habere: referunt idem Abulensis (super 3. Exod.), ex aliorum sententia, quod haec virga, quo operatus est Moyses mirabilia, in horlo Ietro, qui erat Moysis socer, nata fuerat, et a nullo poterat avelli, donec Moyses accessit, cui illam Deus ad tot, et tanta miracula destinaverat. Sunt denique alii, non minus graves, quam in sacris litteris versati, qui sentiant per haec verba, *Oleum effusum nomen tuum*, non intelligi praecipue nomen Iesu, quod proprium nomen Sponsi est, sed potius insinuari, et significari nomen Christus, quod est nomen appellativum, ut super Ioannem advertit Augustinus (c. 2) dicens: *Iesu proprium nomen est, quomodo Moyses, Elias, Abraham; Christus autem sacramenti nomen est, quomodo si dicitur, propheta, vel sacerdos*. Lactantius (lib. 4. de vera sap. c. 7) perscrutatus, quid mysterii in eo nomine lateat, scribit nomen, Christus, quod significat unctum, praesefertur scriptum, et potestatem regiam nostri Salvatore: olim enim invaluit consuetudo unguendi eos, qui reges creabantur; unde legitur (3. Reg. 1), a sacerdote Sadoe unctum fuisse Salomonem: *Sumpsit Sadoe cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem*. Et (1. Reg. 16), scriptum est, a Samuele unctum fuisse Davidem. Hinc ergo est, quod in sacra Scriptura censentur synonyma, Christus, et rex, ut liquet ex (1. Reg. 26): *Non mittam manum meam in Christum Domini*, id est regem Saul; et Isaia (c. 45) inquit: *Haec dicit Dominus Christo meo Cyro*, hoc est regi meo Cyro. Illis ita praemisissis, sciendum, sicut David ter fuit unctus, primum in Bethlehem a Samuele, secundo a tribu Iuda, tertio ab omnibus Israelitis: sic etiam ter fuisse unctum Christum Dominum, videlicet intra matris viscera, ut ipse per Isaiaem (c. 61) dixerat: *Spiritus Domini super me, eo quod unxit me; quae unctio quamvis intelligi possit de gratis, et donis spiritualibus, quae illi communicata fuerant nullo excellentius, quam reliquis eius consortibus, quemadmodum David testatus est (Ps. 46): Unxit te Deus tuus oleo laetitiae praes consortibus tuis; unctio tamen praecipua fuit hypostatica unio sacrae humanitatis, sicut Gregorius Nazianzenus (lib. 4) declaravit. Dicitur Christus, inquit ille, propter divinitatem, ea enim humanitatis unio est non operatio; et in aliis Christi, sed totius unguent praesentia, cuius hic effectus est, ut id quo unxit, homo vocetur, et quod ungitur, Deus fiat. Alludens ergo Sponsa ad hanc unctionem nomine Christi significatam, nam Christus idem est, quod unctus, dixit Sponso suo: *Oleum effusum nomen tuum*. Huic expositioni assentiri videtur Paraphrastes Chaldaicus, qui praedicta verba sic Latine vertit: *Unguentum, quo unguuntur reges, et sacerdotes, est nomen meum*. Aliis autem videtur, quod quemadmodum un-*

guentum, quo reges, et sacerdotes ungebantur, erat mistum variis speciebus aromaticis, myrrha, aloë, et storace: ideo Sponsa significatur nomen Iesu esse mixturem quandam, et confectioem mysticam aliorum plurium nominum, quae in hoc uno clauduntur, comparavit Sponsum suum unguento, quo reges, et sacerdotes ungi solebant. Attamen sacri doctores, et Patres haec ipsa verba de nomine Iesu intelligenda docent; et ideo Gregorius Nysenus acute, ut solet, dicit, quod quemadmodum quando rumpitur vas oleo odorifero, vel alio quovis aromate plenum, eius sentientes odorem statim concitimus qualis sit liquor ille, olei ne, vel balsami: ita per odorem, quem Christus in mundo reliquit, sanctitatis vitae, excellentium miraculorum, et veritatis in docendo, concitamus, et vera cognoscimus ipsum esse verum Messiam in lege promissum: quod ut significaret Sponsa, dixit: *Oleum effusum nomen tuum*. Nisi forte dicere velimus, quod Sponsa Christo sacrum nomen Iesu imponi considerans, dum a corpore illius tamquam a mirabili fonte fluebat liquor olei sancti, et pretiosi balsami, nempe sanguis illius, vocavit nomen illud. *Oleum effusum* super vulnera nostrarum miseriarum: propterea namque illum fudit, ut nobis salus, et vita pareretur. Potuit etiam vocare nomen Sponsi oleum effusum, ut excellentiam illius ostenderet: nam sicut oleum aliis liquoribus admistum non ipsius confunditur, sed innatat, et eminet, locum occupans superiorem; ita sacrum hoc nomen omnia nomina antecellit, et sedem primam tenet dignitatis, et honoris, ut dixit Paulus (Phi. 2): *Donavit illi nomen, quod est super omne nomen*: quae verba sequens Homilia latius explicabit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

Conditiones, et circumstantiae, quae in sancto Dei nomine iurando necessariae sunt, erudite explicantur.

Inter ea, quae ad cultum venerationemque nominis Dei pertinent, non ultimum locum tenet iuramentum: nam si debitis cum circumstantiis fiat, actus est virtutis, quae inter morales tenet principatum religionis, videlicet, ut docet angelicus Doctor (2. 2. q. 49), ante quem id praedixerat David, inquit; *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*. Cuius rei ratio ab ipsa iuramenti natura desumitur: nam ut communiter tradunt Doctores cum s. Thoma, qui ab Augustino id accepit: *Iurare est adducere Deum in testem*; id vero dum facimus, Deum colimus, dicta nostra eius auctoritate roborantes, quippe ipse solus est pura veritas omni opposita mendacio. Unde Paulus Apostolus (ad Hebr. 6): *Omnis controversia finis ad probationem est iuramentum*. Sanctus Hieronymus (sup. Matth.) inquit: *Qui iurat, aut veneratur, aut diligit,*

per quem iurat. Et quod plus est, ipsemet Deus iuramento est usus, ut constat ex (Genes. 12): *Per memetipsum iuravi: et iurasse legitur (Ps. 9): Iuravit Dominus, et non poenitebit eum.* Ex quibus omnibus liquet, iuramentum ex se bonum, et actum esse religionis, nisi ob aliquam circumstantiam depraverit. Quamobrem ut in re tanti ponderis non erraremus, voluit Deus nobis praeclucere, per Hieremiam docens omnia illa, quae in praestando iuramento requiruntur, ut debita cum reverentia sui nominis praestari possent: Hieremiae verba sunt: *Iurabis, vivit Dominus, in virtute, in iudicio, et in iustitia.* Quas conditiones Doctor Angelicus (1. 2. q. 89. a. 4) hac ipsa de re loquens, proposuit, et discussit, nosterque Bonaventura (1. 6. 9. sent. dist. 29. n. 1) doctissime prosequitur harum conditionum naturam atque virtutem: nam iuramentum ad unum ex tribus referri potest: vel ad eam qui iurat, et ita opus est iudicio, et prudentia: vel ad id quod iuratur, et sic necessaria est veritas: vel denique ad causam, ob quam iuratur, et tunc oportet adesse iustitiam. Perpendamus ergo singulas conditiones, ordine quo illas idem Ecclesiae doctor Bonaventura declaravit. Prima lex est, ut eum iudicio, et considerate fiat iuramentum: ex hac enim conditione reliquae dependent, ut doctissimus Philo de legis divinae praeceptis agens animadvertit, his verbis: *Iurans debet omnes rei circumstantias diligenter perspicere, quanta sit, quam vera, quam bene a se percepta.* Et s. Ambrosius (in Psal. 118) idem quoque sentiens, dixit: *Nemo bene iurat, nisi qui potest scire quid iurat.* Perspicuum autem est, neminem scire posse, quod iurat, nisi qui rem iurandam considerat, et diiudicat. Ad haec melius intelligenda exquiramus causas, ob quas Deus in Exodo praecepit summum sacerdotem sanctum Dei nomen portare capiti superpositum: hinc enim nonnulla, quae nostro proposito conveniant, eliciemus. Beda inquit, Deum illo praecepto significare voluisse, sicut Dei excellentia omnia transcendit (Ps. 112): *Excelsus super omnes gentes Dominus; ita pariter illius nomine omnia alia quaecumque nomina superari.* Hieronymus aliam excitavit rationem, quae huiusmodi est: *Ut totam Pontificis pulchritudinem coronet, et protegat.* Nomen enim Dei non solum est honoris diadema, sed galea salutis, ornans pariter, et muniens catholicae Ecclesiae caput Pontificem Romanum. Aliorum opinio fuit, nomen Dei capiti sacerdotis impositum, ut tam profani, quam sacri Principes intelligant, se subditos esse Deo, cui caput sumum, et animum voluntarie submittere debeant, praeceptis illius obtemperantes. Philo antiquus, et doctus ante aliam sectatur viam; ait enim: quoniam caput humanum vanum est, ac leve, voluisse Deum pondere sanctissimi sui nominis illud fulcire, ne fluctibus, ac ventis affectum repereret. Cui expositioni consonat aliorum sententia, hac ipsa de re disserentium, qui contendunt, ideo nomen Dei super caput sacerdotis locari insum, quod semper debeat membro gravius laboranti, et magis periclitanti adhiberi remedium; caput autem humanam maxime labore

agritudine, quam a primis parentibus accepimus, unde est illud (4. Reg. 4): *Caput meum doleo.* Sed animadversione dignum est, quae ultima erit ratio et expositio, quod quamvis varia ornamenta praecipis humani corporis paribus attribuerit: collo videlicet torquem obedientiae; auribus fidei inauras; renibus, et lumbis cingulum castitatis: capiti soli sacrum suum nomen praebuit, quoniam vigentibus in capite omnibus sensibus, voluit ea re ostendere, quanto cum iudicio, et maturitate animi accedere deberet ad iusiurandum. Hoc etiam innuere voluit manifestus divina iustitia, ita praecipiens (Exod. 20): *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Ubi nolandum est, verbum assumere aliquando in sacra Scriptura accipi pro in altum tollere, quae significatio usus est Evangelista de Christo loquens (Marc. 16): *Assumptus est in caelum.* Haec autem assumptio, seu elevatio duplici, eoque multum diverso fine contingere solet: nam aliquid tollimus in altum, ut honoremus, sicut Apostolicae, et Regias litteras, quas venerationis capiti solemus imponere: vel etiam in contemptum, et deiectionem, sicut ea quae frangere intendimus, prius elevamus, ut maiori cum impetu decidant in terram, et disrumpantur. Hoc idem discrimen est inter eum, qui temere, vel qui considerate iurat: unus enim Dei nomen in sublime tollit, ut ponat super caput suum, et illud veneretur; alter in os assumit non ut honoret, sed ut dehonestet, et deiciat. Theodoretus (super Exodum) sapienter satis, et acute eadem verba explicat in hunc modum: *Quid sibi vult, Non assumes nomen Dei tui in vanum? Quidam prohiberi dicunt, ne quis res vanas, hoc est idola, nomine Dei vocet, alii, ne quis iurando mentiar: ego autem puto divinam legem statuere, ne quis nomen Dei pronunciet sine aliqua ratione, et necessitate.* Hinc est, quod in iure non admittuntur ad iusiurandum anno quatuordecimo minores, quoniam eis non adesse illam iudicii maturitatem, quae in iurando Dei nomine necessaria est, a iure praesumitur. Romanus Pontifex Cornelius, et post eum Concilium Arelanense constituit, ut in iudicio nemini iurare liceret, nisi esset ieiunius, ne fortasse cibi, et vini vaporibus in caput salientibus turbaretur ratio, aut consideratio impediretur, quae omnino necessaria est. Hanc Papae Cornelii non inuocamus, immo valde convenientem iuramento caeremoniam observavit olim Isaac: qui cum esset iuraturus, facere distulit in auroram, quod paulo antea a coena surrexisset, ut in Genesi narratur. Cornelius gentium Apostolum non verbo, sed scripto iurasse, nam quod scribitur, attentus, quam quod dicitur, perpendi solo; quae doctrina tam est rationi consona, et soli naturae lumine illam fuerat adepti Gentiles. Unde Plutarchus (in suis emblem.) memorat, ab ipsis lege eant, ut si quis per Cererem iurare deberet, eius templum adiret, et olivae indutus faciem manu teneret, ut his omnibus admonitis animam excitaret ad considerandum, quantum reverentia illud fieri iuramentum oporteret. Narrat quoque sanctus Cyrillus, sanxisse Romanos, ne cui liceret iurare per deum Ia-

num, nisi ad Senatus Romani praesentiam, ad homines hac lege, lamquam freno coercendos, ut non nisi considerate, et necessario iurarent. Huc respexisse videtur sanctus Thomas (in suis opus. op. 7) ita de iuramento loquens: *Iuramentum est sicut medicina, quae non semper accipitur, sed in necessitate:* unde et Augustinus dixerat: *Iuro, sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus, cum videro non mihi credi, et ei, qui non credit, expedit, quod credat:* quae verba gravissima quidem sunt, et ponderanda; quia tamen ad secundam propro iuramenti conditionem, latius illa nunc aperire praetermittit.

Secunda iuramenti conditio est veritas, quae adeo necessaria est, ut illa absente, iuramentum, quod alias foret sanctum, fiat detestabile, atque sacrilegium. Nollem vero quempiam decipi, putanlem non committi peccatum mortale, si medio iuramento aliquid quantumvis leve sine veritate firmemus: nec enim hic materia parvas locum habet: quoniam etsi penam unam ex atramentario strupias, et iurato Dei nomine a te non sublata affirmes, periturus utique es, et sacrilegium committis. Ratio autem in promptu est: nam licet res furto sublata parvi momenti, et pretii sit, magni tamen est ponderis adducere Deum in testem mendacii tui, et falsitatis, quae gravissima est in Deum iniuria, ut sequens homilia fusius edocebit. Nunc interim referam, quod Diogenes Laertius (lib. 3) in vita Aristotelis de illo narravit. Hic enim aliquando interrogatus, quid lucri mendaces habent ex mendacio, respondit: *Ut cum vera dixerint, eis non credatur.* Quod lucrum mentibus uberrimum, et usura plusquam centesima est, quippe si semel mentiri reperiantur, postea milies vera dicentibus eisdem non immerito negatur assensus. Sed ea natura mendacii est, ut alia multa secum ferat, quippe ad primum colorandum, et fulciendum mendacium semper alia nova contingunt: nam ut quidam dixit, mendacia cerasis sunt simillima, quae fere nunquam singula trahunt, sed mutuo cohaerescunt. Quod in Apostolorum Principe verum esse vidimus, negantur Christum, semel, iterum, ac tertio id etiam per iuramentum confirmante; qui etiam, ut Ambrosius (ser. 41) ait, nisi Deus mendacio, et iuramentis illius elementer obstisset, sicut ter, ita tercenties illum navigasset. Sed hac in re memorabile est, quod Zonaras de Eudoxia imperatoris Theodosii uxore commemorat, cui missum ait a marito pulchrum, et rarae magnitudinis pomum; quod accipiens Eudoxia, sincero, et simplici animo, misit Paulino viro doctrina, et virtute claro: qui mox pomum excellentiam admiratus, et mensa Imperatoris diguum iudicans Theodosio remisit, qui inspecto, et cognito pomu, coepit de Eudoxia etsi reverba honesta, et fida uxore male suspicari. Quamobrem in cubile uxoris protinus migrans, quod timebat exploraturus de pomu Eudoxiam interrogat, quae donatum Paulino dicere non audens, semel, et saepius respondit a se comestum, idque pluribus instrumentis, ut fidem imperator haberet, affirmabat. Nihil tamen iuramentum profecit, immo plus sibi nocuit: nam Theodosius

dosius pomum statim ostendit erubescens plurimum Eudoxia, ingensque inter ipsos in posterum fuit orta dissensio, et Paulino parata mors: quae quidem mala, si verum illa fassa fuisset a principio, forsitan non evenissent.

Tertia conditio est iustitia, quam in iuramento Deus servari praecipit, ut quod iurare debemus, licitum sit, et honestum. Haec circumstantia defuit Davidi, iuranti Nabal Carmelium a se trucidandum, et impiae Iezabel mortem Eliae minanti, et Nabuchodonosor Israelitarum vindictam expetenti, et Iudaeis, qui cibum se non capturos iurarunt, nisi prius Paulum vitam privarent; ac tandem impio quoque defuit Herodi, iuranti se filiae suae daturum quicquid illa petisset, quae poterat rem postulare iniustam, ut fecit, flagitans iniustissime caput Ioannis Baptistae, sacrilegium praemium suae saltationis. Verumtamen de his satis, si verba Hieronymi subiunxero, quae referuntur (in 2. 2. quaest. 2), ubi sic legitur: *Animadvertendum est, quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium, et iustitiam; si ista defuerint, nequaquam iuramentum erit, sed periurium.*

HOMILIA XI.

De gravitate culpa, ac poenae, quam sine veritate nomen Dei timere iurans incurrit.

Placet in praesenti homilia praecepto sanctissimi Pontificis Eulynchii divini honoris zelo ardentissimi satisfacere, qui cunctis Evangelicis verbi concionatoribus praecipit, ut omnes fideles docerent diligenter, quanta falsi iuramenti esset gravitas, et foeditas, ut falsa iurantium sacrilegas linguas ab omni periculo facillim coercerent. Hoc enim inter alia praestiturum suo adventu Christum dixit Isaac: *Desolabit Dominus linguam maris Aegypti,* quod certe nostra nunc aetate, et nostrum moribus valde necessarium est. Tot enim de animae suae salute parum, et vel potius nihil cogitantes, ita periculis assuefacti sunt, ut dum illorum singulos contempserit, videat mihi videre illum, quam Ioannes vidit septem capitum bestiam, cuius frons multas adversus Deum blasphemias habebat inscriptas. Quid enim aliud est, qui multum iurat, nisi ferox, et rationis expertus bestia, quae non in fronte, sed in sermone, et ore mille blasphemias adversus Altissimum gerit, cuius si vitam, et moros inspiciamus, inveniemus ei non desse septem bestiae illius capita, quae sunt septem peccata, quae dicuntur capitalia: vitium enim assidue iurandi non modo septem, sed alia plurima comitantur. Quae una causa satis esse debet, ut iuratores a tam detestabili, et noxio vitio revocentur, illudque de medio tollent: nam illo sublato innumera alia tollentur, et perirent. Sed ut vehementius obstinationum horum sacrilegiorum cor a consuetudine iurandi deterream, libet fa-

sus ostendere, quantum falsi iuramenti pondus, quantumque foeditas sit. Sanctus Thomas in quadam quaestione quodlibetica (q. 98) inquit: *Periurium grauius peccatum est, quam homicidium, idemque in 2. 2. profertur. Ne tamen alicui haec Thomae verba videantur hyperbolica, sciat oportet non solum sancti Thomae, sed omnium Theologorum esse doctrinam, tanto maius, et foedius haberi vitium, quanto excellentiori, et altiori virtuti repugnat. Hinc est, quod Deus maiori odio prosequitur peccata, quae virtuti magis excellenti contraria sunt. Quemadmodum igitur caritas inter Theologicas virtutes occupat principatum, dicente Paulo (1. Cor. 13): *Maiores autem horum est caritas*, ita etiam ex virtutibus moralibus maxima virtus religio est, quippe maiestatem, et excellentiam Dei tanquam proprium scopum intuetur, et in eius cultum omnem curam, et actiones destinat, ac dirigit. Unde fit, ut falsum iurandum, quod virtuti religionis opponitur, sit ex suo genere maius peccatum, quam homicidium, adulterium, furtum, et alia similia, quae iustitiae virtuti adversantur. Ad cuius rei confirmationem apta verba videntur, quae scribuntur (in capitulo illo qui 2. 2. quaestio. 5), ubi sic legitur: *Qui hominem provocat ad iurandum, vincit homicidium, quia homicida occidit corpus, iste vero animam.* Et Augustinus (sup. Math.) idem ipsum nullo magis exaggerat, dicens: *Non minus peccat, qui blasphemant Christum regnantem in caelis, quam qui crucifixerunt ambulatorem in terris.* Verba quidem sunt haec tanto digna doctore, et Ecclesiae Patre: nam qui Christum crucifixerunt, poenae tantummodo, et doloris malum intulerunt, in mendacis tamen testem non adduxerunt; at qui falso iurat, Christum adducit in falsitatis suae testem, et ut approbet, quod ipse mentitur, et quod falsum est, suo quasi nomine subscribit, quod intrinsece malum est, et primae virtuti omnino repugnans: unde maior nullo quam mortis et crucis iniuria ab huiusmodi periurio Christo irrogatur. Id autem maxime dolendum censeo, quod cum vendiderit Iudas Christum triginta argenteis, ii qui falso iurant, minori, et viliori pretio, atque saepe gratis illum vendunt. Quod si gravissimum delictum est, et in quavis bene ordinata republica puniri acriter solitum, si quis regum, vel Romanorum Pontificum diplomata piscatoris annulo signata falso supponere audeat: quo genere supplicii puniendum periurum censebitur? Nam si bene, ac pie consideretur, iuramentum, quid aliud est, nisi regium Dei signum, divino nomine inscriptum, ad inferendam eius verbi auctoritatem, et eorum veritatem stabilendam? Unde eo saepe usi sunt prophetae, dicens: *Vixit Dominus*, etc. Qui ergo falsa iurat, hoc regium sigillum futuratur, et eius auctoritate mendacium suum roborat, fraudi, ac dolo suo nomen Dei praetereans, ut facilius voti compos evadat. Praeterea si adulterare monetam, ubicumque terrarum fiat, crimen est laesae maiestatis: quid iudicandum de illo, qui rem adeo sacram, quale est iuramentum, temere, ac leviter illud usurpans, peierat? Ut tamen huius peccati*

gravitas innotescat magis, observare oportebit, ipsos etiam spiritus immundos solo nomine Iesu compulsos fateri veritatem, et signa dare solitos, nomen sanctum Iesu verentes, quod incauti peritari tam parvuducunt, ipso diabolo insolentiores, ut non secus, quam si Deus noster esset ex ligno formatus, ut vana gentiliis simulacra esse aspernari videantur. Quid de tam recordibus, et desperatae conscientiae hominibus dicemus, nisi eos numero reproborum adscriptos, et stigmatem perditionis, ac mortis aeternae notatos? Nam si loquela cuiusque docet, sit ne Graecus, Gallus, vel Italus; qui blasphemias, et iuramenta semper eructant, proprium idioma praesciorum, et reproborum, ut de illis loquens scripsit Iohannes, vere dicere de omni peierante possumus, quod ancilla ostiaria Petro (Matt. 26), *loquela tua manifestum te facit*: unde ut iam dixi, gregi illorum annumerabuntur, qui nunquam perituris cruciatibus, et inferni flammis torquendi, et comburendi, reservantur. Non enim tam indicat pulsus aegrotantis morbum, quam sermo loquentis animum, ob idque dici solet: *Qualis vir, talis oratio.* Hinc etiam infero, huiusmodi conditionis homines linguas esse satanae, quoniam sicuti qui Deum honorant, sunt Dei linguae, sive per quos Deus loquitur: *sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*; sic etiam qui sanctum nomen Dei periurio violant, instrumenta sunt satanae, quibus ille tanquam propriis linguis, et quasi interpretibus utitur. Nec dici quidem potest, ita iurantes aliquid voluplatis illecebra ad vitium trahi: nam quamvis reliqua peccata aliquid habeant irritamenti, et delectamenti, quo illectus noster appetitus, ad odium et vindictam inflammatur avaritia, ad lucrum iniustum provocat avaritia, ad honorem impellit ambitio, sola perversa consuetudo iurandi omni caret etiam apparenti excusatione, et nullam potest huius pessimi vitii praetexere delectationem. Quam ob causam ipse soleo in talia monstra verba Iob usurpare: *Bibit iniquitatem sicut aquam*: aqua enim si bona, expers omnis coloris, odoris, et saporis esse debet. Dicturus ergo Iob, nonnullis collicentiae, et temeritatis processisse peccando, ut nulla illecebra, nullo colore, vel praetextu suavitatis attracti in peccata ruant, sicut in sacraliga, et execranda assidue iurandi consuetudine quotidie cernimus, ideo inquit eos sicut aquam bibere iniquitatem. Hinc colligo, indebite iurantes nullo modo, aut causa ulla excusari posse, licet ipsi soleant praetexere fidem, quam verbis suis per iuramentum haberi procurant. Veruntamen horum excusationi sanctus Chrysostomus (hom. 26) in hunc modum occurrit: *Hoc interdum a nonnullis auditur, nisi invaerit, non credit ille: tu es horum causa, qui facile iuras, quoniam si id non faceres, sed omnibus constaret, quod non iuras, mihi crede dicenti, maiorem ipse fidem solo nutu invenires.* Doctissimus Philo (lib. 1) irridet eos, qui per iuramenta verbis suis fidem quaerunt: *Futur, qui non intelligunt, inquit ille, consuetudinem crebro iurandi argumentum esse perf-*

diae, non fidei. Haec, qua putat via nullum iurans se apud homines fidem conciliaturum, eadem fidei suae iacturam facit: nam sicut iuramentum est infirmiae fidei remedium, et medicina; pharmaca vero crebro recepta valetudinem saepe infirmant, et corporis firmitatem destrunt; ita etiam frequens iurandi usus animam iurantis male afficit, et fidem imminuit, ita ut dubia magis reddatur eius fides, qui iurare consuevit. Unde conici potest, viros nobiles multo magis hoc vitium delectere: est enim parvae auctoritatis ille, cuius verbo non creditur, ita ut illius assertio alterius testimonio egeat, immo et ipsius Dei auctoritate fulciri indigeat. Socrates (tractat. de reg. or. 1) scribit, solum principis verbum tantae fuisse apud Ethnicos fidei, et auctoritatis, quantae iurandorum. Quintilianus quoque recenset, apud viros illustres, et nobiles in contemptu esse iurantes; et ideo flamines, nempe sacerdotes a iuramento semper abstinuisse, sicut etiam nostris sacerdotibus prohibetur, quoniam ut inquit s. Thomas, tanta est dignitas sacerdotum, ut rationi non sit consonum, de illorum verbis ambigere.

Quod si, quae haecena dixi, te a iurandi consuetudine frenare non possunt, iniciat saltem linguae sacrilegae frenum varia, et multa supplicia, quae Deus blasphemis, et assidue iurantibus minatus est, quorum nonnulla per Zachariam prophetam ita memorantur: *Quid vides?* qui respondit Zacharias: *Ego video volumen volans, longitudo eius viginti cubitorum, et latitudo eius decem.* Non desunt interpretes, qui asserrant volumen istud esse falcem, sicut Septuaginta transtulerunt, *Vidi falcem volentem*; sed verior, et magis communis expositio est, volumen illud esse librum, quod ex ipso textu colligitur: inquit enim in eo libro scriptas maledictiones, et execrationes, quas Deus male iurantibus minabatur, inter quas non minor est, quae illis his verbis describitur: *Veniet ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, et commorabitur in domo eius, et consumet eum, et ligna, et lapides eius.* Cum qua expositione possumus et nos Septuaginta Interpretum conformare translationem, dicentem: *Vidi falcem volentem*, quoniam etsi volumen illud liber erat; quia tamen plenus maledictionibus, et supplicii, vocatur falx, illam nempe spicaram sublimium, et humilium, cuius supplicii partem aliquam cognovit Iohannes in Apocalypsi, cum dicit a se visos blasphemos, et mendaciter iurantes sanctum nomen Dei, propriis dentibus sibi linguas transfigere pro sacrilego, et temerario ausu iurandi, quas gravissimo dolore proscindentes manducabant: verba Iohannis sunt: *Commanducaverunt linguas suas prae dolore.* Et in Levitico legitimus, cum quidam Dei nomen blasphemasset, accurrisse prolium Moysen ad divinum oraculum, ut qua poena ille puniendus esset, addisecret. Cui Deus respondit, ut in agrum ductus lapidibus obrueretur. Iovem etiam omnium Deorum maximum, ut caeca putabat antiquitas, pungi solitum ferunt manibus fulminis tenentem, ita ut una manus adversus malos, utraque contra periuros fulminaret, ad si-

gnificandum, quanto furore Deus contra impie laedentes per iuramentum omnia, effervere soleat. Quia et natura ipsa videtur odium suum contra tam pestilentem morbum, vitiumque detestandum indicare voluisse: siquidem; ut refert Aristoteles in libro, quem de rebus mirabilibus composuit, in Cappadociae urbe Traiana fons olim fuit tam mirae proprietatis, ut si, qui peierant, fonti adisecret, protinus adversus eum quasi indignatus commoveretur, et in vultum illius aqua proscillente ora perfunderet. Et (lib. si duo ff. de iure iur.) legitur, consuevisse Romanos iurare per Caesaris genium, qui erat illius castos; id tamen postea in iuramentum sibi putantes Imperatores, genui iuramentum sub poena verborum prohiberent. Athletae, ut refert Pausanias, cum ludis olympicis concertantur erant, iurando se adstringebant, gladio quoque animal aliquid medium secantes, innuere volentes, illius, qui fraudem aut dolum in certamine olympico machinaretur, ita etiam visceribus prohibetur, quoniam Galiae rege historiae commemorant, fuisse adversus peritos legem, qua cavebatur, ut qui falso iurasse compertus fuisset, caetero in fronte notaretur; quod supplicii genus magni doloris, et non minoris ignominiae, si nostra aetate foret observandum, creditur profecto, et Flamini ergo Elnae ignem, et Canabriae ferrum defuturum, sit omnium perierantium debent, ad hoc innotuit, ignituae nota insigniri fronte, qui asserrant volumen istud esse falcem, sicut Septuaginta transtulerunt, *Vidi falcem volentem*; sed verior, et magis communis expositio est, volumen illud esse librum, quod ex ipso textu colligitur: inquit enim in eo libro scriptas maledictiones, et execrationes, quas Deus male iurantibus minabatur, inter quas non minor est, quae illis his verbis describitur: *Veniet ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, et commorabitur in domo eius, et consumet eum, et ligna, et lapides eius.* Cum qua expositione possumus et nos Septuaginta Interpretum conformare translationem, dicentem: *Vidi falcem volentem*, quoniam etsi volumen illud liber erat; quia tamen plenus maledictionibus, et supplicii, vocatur falx, illam nempe spicaram sublimium, et humilium, cuius supplicii partem aliquam cognovit Iohannes in Apocalypsi, cum dicit a se visos blasphemos, et mendaciter iurantes sanctum nomen Dei, propriis dentibus sibi linguas transfigere pro sacrilego, et temerario ausu iurandi, quas gravissimo dolore proscindentes manducabant: verba Iohannis sunt: *Commanducaverunt linguas suas prae dolore.* Et in Levitico legitimus, cum quidam Dei nomen blasphemasset, accurrisse prolium Moysen ad divinum oraculum, ut qua poena ille puniendus esset, addisecret. Cui Deus respondit, ut in agrum ductus lapidibus obrueretur. Iovem etiam omnium Deorum maximum, ut caeca putabat antiquitas, pungi solitum ferunt manibus fulminis tenentem, ita ut una manus adversus malos, utraque contra periuros fulminaret, ad si-

consuetudine absterremur, sed ut illos etiam, quos tali vitio laborantes viderimus, quoties nobis audientibus irare contingat, admonitione froenemus, et sermone, vel saltem torvo vultu, ac minus placabili aspectu coereamus. Nam si de Croesi filio traditum est, tanta in parentem pietate affectum, ut licet a natali die semper mutus fuisset, intus tamen in patrem suum gladio recutent militem, repente solutis impeditae linguae retinaculis clamavit: *Ne patrem meum Croesum occidas*; quid aequum erit facere Christianum, dum videt contemni, et deonestari sanctum nomen Christi, omnium viventium Patris clementissimi, in quem tot vulnera, et ictus iniuste iurantes dirigunt, quod iuramenta illi non minus acervatum, quam temere frequentant? Si Croesi filium naturalis ille erga patrem amor compulit, ut in sermone sibi antea a natura prohibuit indignatione prorumperet, patrem defensurus, nos qui non solum naturali, sed supernaturali lege tenemur, Christo Domino amorem, et honorem deferre consentaneum profecto erit, ut adversus eos, qui iusturandi sanctam religionem contempnunt, insurgamus, et si quando non liceat opere, saltem externis signis, quantum nobis impia iurandi crebritas displiceat, ostendamus. Auctoritas reprehendendi, ac reprimendi

di tam turpem, et stultam iurandi consuetudinem penes patres familiarum et dominos praecipue desideratur, qui vigilanter debent animum intendere, omnemque diligentiam adhibere, ut eorum liberi, ac servi pie vivant, mendacia fugiant, et omnino, nisi in veritate, iudicio, et necessitate, ut iam dixi, a iuramentis absterneant. At hi, quod certe dolendum est, non raro solent vitio, quod carpinus, laborare; quippe numquam fere, vel Dei, vel Christi, et aliorum Sanctorum nomina ore depromunt, nisi, non quidem ad illa, ut par erat honoranda, sed perituro violanda, et dedecoranda. Quomodo igitur alios reprehendet reprehendendus? quomodo patrem filius, inferior non imitabitur superiorem? Deploranda quidem horum conditio est, siquidem eorum exemplo ceteri similiter delinquant, praesertim pueri, qui paternos malos mores facile induunt, et tanquam haereditario iure suscipiunt. Quamobrem in memoria revocent parentes, atque maiores, quod s. refert Gregorius (*lib. 4. dial. c. 16*), a daemone videlicet puerum quendam aetatis annum quintum non excedentem, quod frequenter iuraret, ex sinu amplexuque paterno intuentibus his, qui aderant, miserabiliter, et violenter fuisse sublatum.

DE

**FELICISSIMA CHRISTI EPIPHANIA
ET REGUM MAGORUM ADVENTU**

AC DE VARIIS ARCANIS

IN UTRISQUE RECONDITIS

LIBER SEXTUS

HOMILIA PRIMA

Fit satis praecipuis interrogationibus, quae ab humano ingenio de adventu Magorum Regum, ad porticum Bethlehem fieri possunt.

Quantumcumque ingenii sui aciem sapientissimus quisque investigator acuat, ac discursum altius extollat: quaecumque super re de qua agitur nosse desiderat, ad haec praesertim capita ea revocare necesse erit; qui scilicet fuerint tres hi Legati, unde profecti, quis duxerit eos, quo pervenerint, quid quaesierint, ubi quieverint, quid invenierint, quid reverentiae visio lacrymantis infanulo exhibuerint, quid et contra oblatum accepterint. Veniens ergo ad primum quaestum de tribus Legatis, quos tam festiva celebritate catholica veneratur Ecclesia, sacer Christi Evangelista Matthaeus Magos illos esse docet, vulgatus tamen sermo idem sibi velle ac Sapientes interpretatur. Ita volunt divi Anselmus, Beda, Rupertus, aliique multi. Sanctus tamen Basilus (*orat. de Christ. ort.*) idem ac *Silentes* significare exponit. Olim namque sapientes, ut philosophiae studio acris incumbenter, a convitiis hominum semoti, ac aliorum consuetudine extorres vivebant, iuxta Aristotelicam doctrinam: *Anima quiescendo fit sapiens*. Quapropter philosophum sectantes quinque integris annis, monente Pythagora, aliorum commercio credebant. S. Hieronymus (*in o. 2. Dan.*) tradit, Persarum Magos, quales hi fuerint, quos Christum Dominum invisere advennerunt, herbis tantummodo, hordeaceisque panibus vesci, ac humi quiescere solitos, ut ad philosophiae studium aptiores, et expeditiones inventurum. Testatur etiam Apuleius ex Platone, Magos sacerdotes, ac Deorum interpretes fuisse. Quia tamen duo sunt magicae ar-

tis genera, ut Caelius Rhodiginus (*lib. 9. antiq. lec.*) advertit, minus honestum, et laudabile, philosophia scilicet naturalis: alterum turpe, et indecorum, ita enim illud appellat, superstitionibus plenum, et daemoniacis pactis admistum: dubitant hic Doctores, an hi Magi eorum numero essent, qui magiam superstitionum sectantur. Negant aliqui pietatem insinuantes: hi sunt Nicephorus (*lib. 1. c. 13*), Innocentius III (*de Epiph.*), Beda, et auctor Imperfecti, necnon sanctus Anselmus, ac tandem Glossa ordinaria in hunc locum ait: *Magi non malefici, sed philosophi Chaldaeorum erant*. Communis tamen Patrum opinio contrarium sentit. Sanctus enim Augustinus (*ser. 2. de Ep.*), s. Thomas (*3. p. q. 36. art. 3*), s. Hieronymus (*sup. cap. 19. Isaiae*), s. Ambrosius (*sup. Luc. cap. de Mag.*), et Iustinus Martyr (*dial. contr. Tryphon.*), volunt fuisse incantatores, et superstitionum magos; et praecipue sanctus Basilus (*orat. de Christ. gen.*) ait: *Incantantibus vacabant: et Theophylactus (c. 2. sup. Matth.)*: *Christi testimonium perhibent magi, qui maxime adversarii erant Deo, et obnoxii daemones*. Duo reperio, quae hanc sententiam valde confirmant. Unum, quod in sacra Scriptura magorum nomen in malam sepiissime partem sumitur: nam (*Levit. c. 20*) ait: *Anima quae declinaverit ad magos, vel arisolas, ponam faciem meam contra eam; et (cap. 29)*: *Non declinatis ad magos*. Alterum, quod quanto magis a Deo distabant, tanto magis una ex parte tenerim infans emicat clementia, qui ita sibi adversos vocare dignatus est: et ex alia omnipotentia, et brachii fortitudo, cuius viritate rebelles animos idolorum cultu inveneratos suae ditioni subiegarit, magis enitet.

Sed maior adhuc extat difficultas, an fuerint Reges. S. Hieronymus (*in c. Dan.*), Iansenius (*lib. 9. de conoor.*), et egregius poeta Mantuanus reges fuisse negant; quam opinionem duae va-